



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloster Reetz das Dorf Rietzig bei Arenswalde, am 9. April 1355.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Wanthfleve, Buffone de Arxleve, M. Szack, militibus, Johanne et Wedegone de Wedel et Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnswold, Anno MCCCCLIII, Sabbato post Michaelis.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 187.

XLI. Markgraf Ludwig der Römer verzeignet dem Kloster Reetz das Dorf Rietzig bei Arenswalde, am 9. April 1355.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam etc. Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus cupientes divinum cultum quantum possumus augmentare, ut altissimo devote virgines Abbatissa, priorissa ac totus conventus sanctimonialium in Retz, ordinis Cisterciensis, Caminensis dioceseos, eo frequentius, devocius et fervencius orationibus suis, quarum participes esse affectamus, valeant famulari, in salutare remedium animarum progenitorum nostrorum, antecessorum, nostre et heredum nostrorum et successorum, quorum memoriam annis singulis agere debent in cultu divino, eisdem Abbatissa, priorissa ac toti conventui predictae nostre et illustris principis fratris nostri carissimi domini Ottonis Marchionis Brandenburgensis ac heredum et successorum nomine nostrorum dedimus et donamus presentibus solempniter, pure propter deum, proprietatem ville Ritzick, site prope civitatem nostram Arnswolde et ipsam villam iusto proprietatis titulo habendam, tenendam pacifice et quiete ac perpetue possidendam omni iure nostro et forma, quibuscum tenuimus cum omni usufructu, utilitate, commodo et honore, cum pacto, precaria annone et denariorum, curruum servicio ac omnibus singulis aliis serviciis, realibus et personalibus, de dicta villa provenire valentibus, cum iudicio supremo et infimo, cum iure patronatus ecclesie ibidem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, aquis, paludibus, piscaturis, molendinis factis et fiendis per aquas et cum vento, proventibus et pertinenciis universis infra limites dicte ville comprehensis, cum pleno et mero iure, nihil in ea nobis penitus reservando aut mandatum inibi per nos aut nostros advocatos officiales et equitatores terrarum nostrarum ibi obtinendo, Renunciantes pro nobis, fratre nostro predicto, heredibus et successoribus nostris omni iuri, quoad proprietatem predictam, quod nobis competit aut competere potuerit in villa predicta et omnibus et singulis premixtis in futurum. In cuius presentibus Henrico de Wedel seniore, Henrico de Marwitz, Mornero prothonotario, Ottone Mornero cum ceteris. Datum Koningesberg, Anno MCCCCLV, feria V ante quasmodogeniti.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 119.